

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Libertas e
cum fonte primo

Cum

nobis triplex posita sit libertas,
a peccato, a miseria, a necessitate,
hanc ultimo loco positam contulit
nobis in conditione natura,
in primam restauramur a gracia,
media reseruatur nobis in patria.

Dicatur prima libertas nature,
secunda graciae, tertia gloriae;

prima habet multum
honoris, secunda plurimum uirtutis,
nouissima cumulum iocunditatis.

Bernardus de libero arbitrio.

Cum

igitur, prout interim potuit occurrere
nobis, triplex sit proposita libertas,
a peccato, a miseria, a necessitate,
hanc ultimo loco positam contulit
nobis in conditione natura,
in primam restauramur a gracia,
media nobis reservatur in patria.

TRES DICIT LIBERTATES ESSE, PRIMAM
NATURAE, SECUNDAM GRATIAE, TERTIAM
VITAE VEL GLORIAE. –

Dicatur igitur prima libertas naturae,
secunda graciae, tertia vitae vel gloriae:
primo nempe in liberam voluntatem ac
voluntariam libertatem conditi sumus,
nobilis Deo creatura; secundo
reformamur in innocentiam, nova in
Christo creatura; tertio sublimamur in
gloriam, perfecta in Spiritu creatura.

Prima ergo libertas habet multum
honoris, secunda plurimum et uirtutis,
novissima cumulum iocunditatis.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de*
gratia et de libero arbitrio, 7 (SBO 3, J.
Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.171, ll.1-11).